

Unus Astarticus inibi dicitur  
Plonavit pennis super Apollo  
Cingit illo dante, Phœbea turba  
Sovos



ÆTERNÆ. MEMORIÆ.  
EXCELLENTISSIMI MEDICI  
MICHAELIS  
ETTMULLERI,  
BOTANICES PROF. PUBL. CE-  
LEBRIMI  
S.

---

L I P S I Æ,  
Typis VIDUÆ GALLI NIEMANNI,  
ANNO M DC LXXXIII.

eeeeee

6





Unus Atlantéum invicti doctiq; TI-  
TELI

Ploravit querulis nuper Apollo  
modis,

Cumq; illo Aonia, Phœbeia turba,  
Sorores

Cernentes Clariū grandia damna gregis.

Et meritò. Gemini namq; Atlas pondus Olympi

Gestabat scapulis unicus ille suis,

Ar migeri versans nunc magna negotia Martis,

Ensiferiq; obiens jussa verenda Jovis,

Nunc Parnasiaci supportans climatamundi

Lativaga, & cyclos, Uranie alma, tuos.

Sed dum funereis Mavortia castra querelis, (nant,

Nostraq; adhuc, Phæbo sacra, anabathra so-

Ecce! novum obscurat nobis miserabile fatum,

Questibus & questus nos cumulare facit:

Morborum namq; omne genus qui pellere nôrat,

ParCoo Medicus, Pergameoq; Seni,

Dum Parcis facit opprobrium, dum fata retexit,

Atropon & lentè rumpere fila jubet,

Ipsè fit haut parvus Libitinae quæstus acerba,

Cogitur & vitæ rumpere texta suæ.

Atque hinc funesto rursus plena omnia planctu,

Dumque ab Atlantéo funere vulnus hiat,

Nunc inflicta sibi clamant nova vulnera Musæ,

Philliride abrepto per cita fata novo,

Mne.

Mnemosyne ante alias, mater grandæva Sororum,  
Quæ memoranda togæ signat & acta sagi,  
Nec tantum extremæ repetit monumenta senectæ,  
Sed cupidè in fastos mustea scripta refert,  
Dammumingens passa ex tam rari morte Melampi  
Surgit in bostristes, saucia mente, sonos:

Ite, ite in lacrymas mecum, mea corcula, Natæ,  
Plorate & cæptifata sinistra mei!

Decrevi æternis clarissima nomina fastis,

Horumq; eximios inseruisse libros,

Francigenum seu docta cohors, sive Ausonis illos,

Anglica seu tellus Teutonievè parit,

Indeq; collecta dulci melligine rerum

Mense illam cellis condere quòque novis.

Decretum quoq; fervet opus, jamq; Acta leguntur,

Scriptorum ex variis consolidata favis.

At mihi quàm timeo! Validus dum corruit Atlas

TITTELIUS, rarus Martis & Artis Honos,

Atq; ETTMULLERUS, quo non ferventior

alter

Haëtenus, immiti morte peremptus obit.

Hic etenim haut cunctos tantum dispellere morbos,

Et celeres poterat protrahere arte colos;

Nec nôrat tantum præstantes viribus herbis,

Quascunq; & fundit Palladis hortus opes.

Alta Tarentinæ fastigia viderat artis,

Quicquid & abstrusi culta Mathesis habet,

Quid?

Quid? quod & Europæ permensus regnaq; & urbes  
Doctus erat varia gentis & ore loqui.

Ergò illi arcanos alma penetrare recessus  
Naturæ ut perpes cura laborq;ve fuit:

Sic libros volvens diverso idiomate scriptos

Mel sibi, melq;ve mihi mox dabat instar apis.

Extincto hoc mihi quis, quis mella hæc alia suget,

Cellasq;ve implebit rore madente meas?

Heu mihi! Sed Divam sic fantem turbat Apollo,

Voltaq; mox sumens candidiora sibi:

Ne timeas, Veneranda, tibi, quæ singula signas,

Quæ luci exponit doctior orbis, ait.

Grande equidem mecum pateris, non abnuo, dam-  
num,

Dum post Atlantem Celsus & ipse cadit;

Sed non mellilegæ tibi desunt, Diva, volucres,

Librorum quæ per florea septa volant,

Nec deerunt alia. Tu sveto insiste labori,

Atq; tibi Natas jungito, ut ante, novem.

Illustres animæ adspirant, quid? & Ensisfer Heros


Auspiciis faustis hæc bene cæpta beat.

Dixerat. Ast Medicum tenet alta mente repostum

Mnemosyne, auxilii consiliq; memor,

Et jussa insanum tandem compescere luctum,

Consimiles illi mæsta sibi optat Apes.



S. b. 100

1017

MC

ÆTERNÆ. M  
EXCELLENTISS  
MICHA  
ETTMUI  
BOTANICES PRO  
LEBER R  
S.

L I P S  
Typis VIDUÆ GALL  
ANNO M DC I

